



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 16. Circa causas excusantes ab Irregularitate incurrenda, eiusque
relaxationem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Non priuat. vel deposita & Cap. Postulatus, §. Quasi sitis, & c. Ex litteris de excessibus Prelatorum. requiritur officium Iudicis ad beneficiorum privationem. Necesse vltus textus hanc poenam ipso iure indicens. Ita Nauarr. summ. c. 27. num. 249. Henriquez libr. 14. c. 2. num. 5. Valentia tom. 4. disp. 7. quest. 19. punct. 2. Sayr. lib. 6. thesaur. cap. 2. num. 21. Suarius disputat. 40. sectio. 2. numer. 15. Auila part. 7. disputat. 2. dub. 6. conclusio. 4. Coninch. disputat. 18. numer. 5. Layman. libr. 1. tractat. 5. part. 5. capit. 1. numer. 1. corollar. 3. Hurtado de irregularitat. difficultate 5. fine.

¹⁰⁹ Communem hanc sententiam amplector videns, nullum esse textum, qui hanc poenam ipso iure indicat. Nam esto in c. 1. de homicid. in 6. priuatur Massinus beneficio ipso iure, & in c. Cum secundum leges, de haer. in 6. priuatur haereticus, & in c. Si quis Episcopus, 1. questio. 1. Simoniacus: at non provenit hæc privatio ratione irregularitatis, sed ex delicto qualificato, & taliter perpetrato. In quibus casibus etsi privatio beneficiorum fit ipso iure lata: non tamen tenetur quis se beneficiis spoliare, quovis accedat sententia saltem declaratoria criminis. Aduertit Conar. libr. 4. Decretal. part. 2. c. 6. §. 8. num. 7. & Suarius aliis relatis, disputatione quadragesima, sessione secunda, numero decimo septimo.

DVBIVM X.

Potestne irregularis, antequam per sententiam condemnatur conficius, beneficium esse ab alio impetratum, id in alterius fauorem renunciare?

¹¹⁰ Nonnulla praeiudicium. Irregularitate illigatus ex delicto, si nolit, vel non possit dispensationem impetrare: potest renunciare beneficium in fauorem tertij, ac si nullam irregularitatem contraxisset, etiam pendente lite, & accusatione facta de irregularitate. Quia vsque quo accedat sententia, & condemnatur, retinet ius in beneficium. Suarius disputat. 40. sectio. 2. numer. 1. Sayrus libr. 6. thesaur. capit. 2. numer. 14. Felinus ad Cap. Inquisitionis, col. 3. Dubito autem, an si, durante accusatione irregularitatis, impetret aliquis beneficium irregularis casu, quo per sententiam priuatur, possit irregularis conficius huius impetrationis, beneficium in fauorem alterius, vel absolute, antequam per sententiam condemnatur, renunciare?

¹¹¹ Non potest. Non potest. Quia hæc renunciatio cederet in præiudicium eius, cui est ius per gratiam acquisitum: & in fraudem illius, qui gratiam obtinuit. Ergo nulla ex c. Si te prebendam, de renunciat. in 6. Sic Dominic. conf. 105. Anton. de Butrio conf. 43.

¹¹² Potest plane. Potest plane. Quia in hoc nullam committit fraudem, siquidem vitur iure suo, & id gerit, ut sibi consulat, non ut noceat impetranti. Ita Couarruias plures referens ad Clement. Si furiosus, part. 2. Paragraph. 3. num. 7. Molina

tractatu tertio, de iustit. disputat. 78. numer. 2. Ludouic. Gomez Reg. de annali possess. questio. ne 42.

Existimo probabilius, posse præfatum irregularem, non obstante ea impetratione, suam præbendam renunciare. Impetrans namque non habet ius acquisitum absolute, sed conditionale, & incertum, hoc est, sub conditione si per sententiam irregularis ille priuatur: cuius bene potest derogari per renunciationem. Profecto secus contingit in Cap. Si te prebendam, ibi enim continetur fraus manifesta, ut legenti patebit.

CAPVT XVI.

Circa causas excusantes ab Irregularitate incurrenda, eiusque relaxationem.

DVBIVM XI.

Si quis ignoret, lege Ecclesiastica specialiter prohibitum esse delictum sub Irregularitatis poena: excusaturne ab illius incurfione?

Certum est, quemlibet excusari ab irregularitate delicto annexa, si à delicto mortali excusatur. Quia cum hæc sit grauissima poena, peccatum mortale ad sui requirit incurfionem. Quæstio autem est, si quis ignoret, lege Ecclesiastica specialiter prohibitum esse delictum, cui irregularitas annexa, ab illius incurfione excusetur?

Non excusatur. Quia irregularitas non tã in delicti poenam, quam ob indecentiam Ecclesiastici status indicitur, cui decentie obstat delictum, verbi gratiã, homicidij, etsi ignoretur, lege Ecclesiastica sub irregularitatis poena esse prohibitum. Sic Doctores admodum probabiliter.

Excusatur equidem. Quia Cap. 2. de constitutionib. in 6. deciditur non ligari constitutionibus Ordinarium illas ignorantes: hoc est, non ligari quoad poenam incurrendam: æquum enim non est æquali poena puniri transgressorem legis ex ignorantia, ac ex malitia: siquidẽ ignorantia à culpabili transgressione legis excusat. Quæ decisio à fortiori in legibus Pontificiis procedit. Ita Palao tractatu secundo, de peccatis, disputatione prima, puncto decimo septimo, plures referens Coninch. disputatione decima octaua, dubio quarto, conclusio prima.

Hanc sententiam non minus probabilem eligo.

Se& II. De Irregularitate, Dubia. 339

Hanc eligo eligo. Nam pœnalis irregularitas plerumque sententiam. ab Ecclesia indicitur in pœnam inobedientiae, & contumaciae aduersus Ecclesiam: siquidem superadditur violationi Censurarum, quæ inobedientiam, & contumaciam requirunt. At inobedientia, & contumacia in Ecclesiam stare nequit posita Ecclesiasticæ legis ignorantia: ergo. Esto autem ob decentiam Ecclesiastici status irregularitas inducatur: quia simul inducitur in pœnam obedientiae violatæ, locum habere non potest, cessante inobedientia, quæ proculdubio cessat, posita legis Ecclesiasticæ ignorantia.

DUBIUM XII.

Excusaturne quis ab irregularitate delicti annexa, si agnoscat delictum Ecclesiastica lege esse prohibitum, tamen si probabiliter ignoret sub pœna irregularitatis prohibitum esse?

¹¹⁸ *Non excu.* **N**on excusatur. Quia si ignorantia pœnæ ab illius incurfione excusaret in casu nostro, in aliis plurimi delinquentes à pœnis per legem statutis excusantur. Porro irregularitas non est pœna medicinalis, quæ illius cognitionem requirat, sicuti sunt Censuræ: & esto ad reprimendam inobedientiam, & contumaciam in Ecclesiam, fuerit apposta, non inde inferitur scientiam eius fore necessariam inobedientia, & contumacia non ex pœnæ impostæ cognitione, sed ex cognitione legis, illiusque transgressione contingit. Sic Covarruvias ad cap. Alma. p. 1. §. 10. m. 9. Suarius d. 40. sect. 5. n. 9. Corduba l. 1. q. 9. q. 25. Ludouic. Lopez p. 2. Infruct. de excomm. c. 13. ad 3. Anila p. 7. d. 2. dub. 7. conclusio. 2. Valq. de excomm. dub. 16. Hurtado de irregul. diff. 8. num. 29.

¹¹⁹ *Excusatur quidem.* **E**xcusatur equidem. Quia perpetrans aliud delictum solum subditur pœnis tali delicto proportionatis: non tamen aliis extraordinariis, & quæ delicti gravitatem secundum se videntur excedere, quæque imponuntur ab Ecclesia, vel Republica ad vitandum frequentem delicti usum, vel ob aliam causam. Quocirca etsi consensus delinquentis in pœnam non requiratur, ad illam sustinendam: requiritur autem illius consensus in culpam propter causam talis pœnæ, quando pœna est extraordinaria. At irregularitas, quæ delicto annexa censenda est pœna extraordinaria delicti, siquidem obligat delinquentem, ut eam in se exequatur. Ergo censi non debet incurri ab ignorante, legem sub tali pœna esse laram. Ita Sanchez l. 9. de matrim. d. 32. n. 21. Coninch. d. 18. dub. 4. n. 31. Suarius d. 40. sect. 9. n. 22. Bonacina tom. 1. d. 1. q. 2. punct. 1. n. 13. Hostiens. ad cap. A nobis el. 1. de sentent. excommunicat. Manuel tom. 1. sum. c. 195. nu. 3. & alij.

¹²⁰ *Et hic sen.* **S**ententiam primam communem esse, & *titia bareo.* in praxi receptam profiteor: sed tamen sententiam probabilem satis amplector. Nec enim reputo inconueniens, quod multi ab

hac pœna in foro conscientiae excusentur, si cuncti excusantur à Censuris; cum in eo foro aduersus legem Ecclesiasticam completè non delinquant, dum ignorant pœnam extraordinariam, sub qua lex lata est.

DUBIUM XIII.

Episcopus potestne irregularitatem relaxare?

Certum est, Pontificem relaxare omnem irregularitatem posse dispensatione sua, cum ab ipso ortum habuerit: non tamen facile solere in irregularitate bigamia propriæ dispensare, cum hæc pœna ab Apostolica traditione descendat. Neque etiam in ea, quæ ex homicidio voluntario oritur; cum grauem contineat indecentiam. Si tamen sine causa dispensationem impertiat, validam esse, esto illicitam. Quæsierim verò, an præter Summum Præfulem possit Episcopus irregularitatem relaxare iure ordinario, id est, sine Pontificis facultate?

Potest quidem, si Pontifex sibi expressè non reſeruauit. Quia cap. Nuper, de sent. excomm. locutus Pontifex de excommunicatione, fatetur: Cum Conditor Canonis absolutionem sibi specialiter non reſeruauit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Sic nonnulli.

Minimè potest. Quia in Tridentin. sess. 24. cap. 6. datur Episcopis facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, neque ad forum contentiosum deductis, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario exoritur. Inferitur ergo manifestè, Episcopos ex se, & ex suo munere, hanc facultatem minimè habere. Ita Suarius dispensation. 41. section. 2. numer. 3. ex communi sententia.

Hoc vnicè verum. Ratio enim, quæ prima sententia nititur, nullius momenti est: quia absolutio ab excommunicatione est maximè necessaria salutis spiritali fidelium, siquidem impedit Sacramentorum receptionem, suffragia Ecclesie, fidelium inter se communicacionem, quæ sunt bona grauissima: adeoque Pontifex illius absolutionem concessisse videtur, quoties specialiter sibi non reſeruauit. Ast in irregularitate hæc non procedunt, ut potè quæ solum impedit ordinum suscepcionem, vel illius usum, quæ non sunt salutis necessaria. Porro si ex ratione c. Nuper facta liceret facultatem ibi concessam ad aliarum Censurarum, & impedimentorum absolutionem, præter excommunicationem, extendere: non solum Episcopus, sed & Parochus posset irregularitatem relaxare, & ab interdicto, & suspensione absolueret: siquidem ab excommunicationis non reſeruata sententia potest Parochus absolueret: iuxta communem sententiam; quod nemo audebit asserere.

DUBIUM

DUBIUM XIV.

Potestatem à Tridentino concessam Episcopis dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto abortis possuntne exercere Archiepiscopi in subditos suffraganei Episcopi, dum eius Diocesim visitant?

125
Nonnulla
suppono.

Praemitto, quatuor condiciones seruandas esse ab Episcopis, ut possint sui potestate sibi à Trid. sess. 24. c. 6. concessa ad dispensandum in irregularitate. Prima est, ut sit dispensatio cum subditis Secunda, in Diocesi sua. Tertia, in irregularitate proveniente ex delicto occulto, nec ad forum contentiosum deducta. Quarta, pro foro conscientiae. Circa primam, certum est, Episcopum non posse dispensationem exercere respectu eorum, qui ei non subduntur. Quia dispensatio est iurisdictionis usus necessarius in subditos exercendus. Quapropter sub nomine Episcopi non venit intelligendus Archiepiscopus comparatione subditorum suffraganei. Quia non est eorum superior absolute, nisi in causis ad ipsum per appellationem deuolutis. c. 1. de officio legati, & c. Pastoralis, de officio ordinari. Iam procedit questio, an cum Archiepiscopus visitat Episcopi suffraganei Diocesim, possit cum suffraganei Episcopi subditis circa irregularitatem procedentem ex delicto occulto, sicuti Episcopus ipse dispensare?

126
Potest quidem.

Potest quidem. Quia pro visitationis tempore Archiepiscopus censetur illorum proprius Episcopus existere. Sic Henriquez l. 14. c. 18. n. 3. Auila p. 7. d. 10. dub. 6. notab. 2. circa 1. conclus. Anton. Gomez in explic. Bulla Crucis, c. 10. n. 59.

127
Non potest.

Minime potest. Quia Archiepiscopus non est iudex ordinarius subditorum suffraganei, nisi in casibus sibi specialiter concessis c. Pastoralis. At nulli inuenitur concessa haec potestas dispensandi in irregularitate tempore visitationis, etiam si potestas absoluendi à peccatis concedatur in cap. fin. de cens. lib. 6. Ita Suarius d. 41. sect. 2. num. 12. Sayrus in Clauis, l. 6. c. 11. num. 80. Sanchez l. 2. Decal. c. 11. n. 6. & l. 4. c. 38. n. 14.

128
Hoc defendo.

Probabilius censeo Archiepiscopum licet potestatem absoluendi à peccatis subditos suffraganei tempore visitationis habeat, ea carere ad dispensandum in irregularitate, eo quod iudex ordinarius illorum non sit. Nec ex eo, quod concedatur Archiepiscopo, dum visitat Diocesim suffraganei potestas absoluendi, arguendum est concedi ei ad reliqua omnia Episcopalia munia potestatem. Quia uti aduertit Sanchez l. 4. Decal. c. 38. num. 14. nequit Archiepiscopus concedere suffraganei subditis litteras dimissorias ad ordines, neque potest dispensare in denunciationibus matrimonio prauiis, neque in votis, neque in illegitimorum irregularitate.

DUBIUM XV.

Sub nomine Episcopi ad dispensandum in Irregularitate ex peccato occulto proveniente veniuntne Abbates, & alij Praelati habentes propriam Diocesim, & in ea iurisdictionem quasi Episcopalem exercentes?

Nomine Episcopi venit intelligendum Capitulum Sede vacante. Quia succedit in iis, quae Episcopo competunt iure speciali delegato. At haec potestas dispensandi in irregularitatibus, & absoluendi à quibuscumque casibus occultis competit Episcopis iure ordinario: siquidem non ratione personae, sed dignitatis conceditur: & ex alia parte non eliguntur tanquam Sedis Apostolicae delegati, sed tanquam proprii Episcopi, ac Pastores suorum subditorum. Est ergo haec potestas ordinaria, atque adeo transit in Capitulum. Quaesierim verò, an sub nomine Episcopi veniant Abbates, & alij Praelati habentes propriam Diocesim, & in ea iurisdictionem, quasi Episcopalem independentem ab Episcopo exercentes?

Veniunt quidem. Quia haec potestas absoluendi, & dispensandi contenta in Tridentino, late est interpretanda: est enim beneficium Principis in iure communi insertum: ergo ad hos Praelatos est extendenda. Qui quidem solum differunt ab Episcopis in consecratione sed Episcopi electi, & non consecrati haec gaudent facultate, ut testatur Suar. d. 41. sect. 2. num. 7. & alij. Ergo hi Praelati eadem potestate gaudere debent, siquidem in iurisdictione omnino aequales. Sic Sanchez l. 8. de matr. d. 2. n. 12. alios citans, & l. 1. Decal. c. 11. num. 5. Sayrus in Clauis, l. 6. c. 11. num. 83. Auila part. 7. disp. 10. dub. 6. Barbosa in remis. Concil.

Non veniunt sub Episcopi nomine intelligendi. Quia haec potestas dispensandi, & absoluendi videtur Episcopis concessa ratione suae preeminentis dignitatis. Ita Suarius d. 41. sect. 2. num. 7. Petr. de Ledefm. tom. 2. summ. tract. 1. cap. 6. post. 20. conclus. Aragon. 2. 2. ques. 88. art. 2. colum. 7. conclus. 4. Toletus lib. 1. c. 85. num. 5. Bonacina tom. 1. d. 7. punct. 1. nu. 7. alios referens.

Hanc rationem infirmam esse reor, cum haec potestas competat Episcopis ante consecrationem. Vnde primam sententiam eligendam duxi. Sed quidquid sit de hac questione, monuerim cum Suario, subditos illorum Praelatorum absolui, & dispensari posse ab Episcopo, in cuius territorio, seu Diocesi existunt. Quia respectu casuum, qui in Tridentino continentur, subiecti sunt Episcopo, etiam si in aliis soli suo Praelato subdantur.

Sect. II. De Irregularitate Dubia. 341

DUBIUM XVI.

Potesne Episcopus dispensare in Irregularitate ob delictum contracta, in vna parte publicum, & notorium; in alia vero occultum, & quod non timet ut probabiliter sciendum esset?

¹³³ *Status qua-*
tionis. **V**idimus, tertiam conditionem à Tridentino requisitam pro dispensatione irregularitatis esse, ut ortu habeat ex delicto occulto, neque ad forum contentiosum deducto. Porro occultum dicitur, quod etsi probari rebus valeat, ignoratur tamē in maiori parte populi, seu communis, in qua ad minus decem resident, ubi delictū patratū est; ideoque occultum notorio opponitur. Quid verò si de irregularitate ob delictum contracta in vna parte publicum, & notorium, in alia vero occultum, & quæ probabiliter sciri nequit, dispensatio petatur? an poterit Episcopus ex Tridentini indulto dispensare?

¹³⁴ *Potesit pla-*
ni. Potest quidem. Quia esse occultum, vel nō occultum, debet intelligi in ordine ad locum, in quo petitur dispensatio. Sic Sanchez lib. 2. Decal. c. 11. n. 21. Avila p. 2. c. 7. d. 1. dub. 11. conclus. 3. & p. 7. d. 10. dub. 8. conclus. 2.

¹³⁵ *Non potest* Non potest. Quia hæc irregularitas dici non potest ex delicto occulto provenire: nā quod in vna parte publicum est, absolute publicum dici debet. Ita Palao de Cens. d. 6. p. m. 7. n. 10. & ex parte Suarius tom. 4. d. 30. sect. 2. n. 2.

¹³⁶ *Probabilior*
hæc mihi
sententia. Hanc probabiliorē plane sententiam eligo, iudicans, si prima esset eligenda, nullam evenire irregularitatem, in qua Episcopus dispensare non posset. Quia nulla est, quæ alicubi ignota non sit: ac proinde poterit irregularis mutando domiciliū, vel in ea Diocesi, ubi non scitur, maiori anni parte commorando, ab illius Episcopo dispensationem impetrare. At irregularitatem esse ad forum contentiosum alicubi deductam, sufficit, ut interim non possit ab Episcopo absolui, seu dispensari: tametsi dispensatio petatur in loco, ubi irregularitas ad forum contentiosum deducta non est, neque periculum adest, ut publicetur: ergo idem est dicendum de irregularitate in vno loco publica, non posse inquam in alio dispensari interim dum publica est.

DUBIUM XVII.

Si delictum in iudicio probatum integre fuerit, & reus condemnatus, & punitus: potesne Episcopus in irregularitate dispensare?

¹³⁷ *Potesit qui-*
dem. Potest equidem. Quia iam est satisfactum fini, ob quem Concilium dispensandi potestatem Episcopis denegavit, cum delictum ad forum contentiosum deductum est. Finis namque Concilij fuit, ne reus à delictis publicis eorumve pœnis absolueretur, aut dispensaretur, quin prius publico scandalo satisfaceret, neve auctoritas iudicium minueretur, si pendente eorum iudicio reus absolueretur. Quæ rationes cessant finito iā iudicio, ac punito delinquente. Sic Sanchez l. 8. de matr. d. 34. n. 57. & Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

58. & l. 2. Decal. c. 11. n. 21. Anila p. 7. d. 10. dub. 6. Hurtad. de irregul. diff. 20. num. 68. Inclinat Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 9. n. 6.

Non potest. Quia esto non impediatur ex eo, quod ad forum contentiosum delictum sit deductum: impeditur tamen ex eo, quod posita illa deductione, & illius delicti integra probatione, ac condemnatione, delictum publicum est notorietate iuris Ita Gutierrez lib. 1. Canon. 99. cap. 3. Garcia de benef. part. 7. cap. ii. num. 50. Bonacina tom. 1. disp. 7. quæst. 5. p. 1. num. 6.

Hoc probabilius esse reor. Quia Tridentinum non concessit facultatem dispensandi in irregularitate, quæ ex publico, & notorio delicto oritur, sed solum in ea, quæ ex delicto occulto provenit, vel ad forum contentiosum non est deducta. Igitur in hac irregularitate Episcopus dispensare non potest.

DUBIUM XVIII.

Episcopus conscius irregularitatis, in qua dispensare potest, si admittat irregularem ad Ordines suscipiendos, vel ad beneficium: censeturne cum illo dispensare?

Non censetur. Quia dum in re tam gravi suam intentionem non exprimit, debet irregularis præsumere, id ab Episcopo ex obliuione geri: unde nequit licite ille ordines, aut beneficium suscipere. Sic Nauar. summ. c. 25. n. 74.

Censetur sanè cum irregulati huiusmodi dispensare. Quia non est præsumendus Episcopus voluisse peccare non dispensatum ad ordines admittendo, aut ei conferendo beneficium. Ita Bonacin. tom. 1. d. 7. q. 5. p. m. 1. Avila p. 7. d. 10. dub. 10. Suar. d. 41. sect. 3. n. 4. Maior. de irregul. l. 5. c. 51. n. 8. Sayrus l. 7. thes. c. 14. nu. 11. Henriquez l. 14. c. 17. n. 4. Syluester v. Dispensatio, q. 15. & v. Irregularitas, qu. 28.

Hanc sententiam longè probabiliorē esse non dubito, quoad forum conscientiarum. At quoad externum nullatenus hæc tacita dispensatio à Prælato inferiori Pontifici admittitur. Quia in iure communi inferior Pontifice dispensationem concedere nequit, non præmissa causæ cognitione, ut pluribus firmat Glossa ad c. 2. v. Dispensatum, & ibi, Abb. & Ioan. Andr. Rebuff. prax. de benef. part. 2. de dispens. n. 15. Sayr. l. 7. thes. c. 14. n. 13.

DUBIUM XIX.

Irregularis dispensatus ad ordines minores censeturne ad beneficium simplex dispensatus?

Dispensatus ad ordines etiam à Pontifice non ideo censetur dispensatus ad beneficia Curata, dignitates, & Prælaturas: bene tamen ad beneficia simplicia. Quia hæc ordinatis conferri solent. Sic Anton. ad c. Postulasti, de rescript. n. 10. ibi, Imola, n. 4. Felin. n. 10. Burgesi. de irregular. part. 2. titul. de interpretat. Gg S2

¹³⁸ *Non potest.*

¹³⁹ *Hoc probabilius.*

¹⁴⁰ *Non censetur dispensare.*

¹⁴¹ *Dispensare censetur.*

¹⁴² *Hoc longè verius.*

²⁴³ *Censetur dispensatus ab beneficiis simplicia.*

Sà v. Dispensatio, n. 14. Sayt. l. 6. p. 11. n. 22.
& l. 7. c. 14. n. 22. & alij relati à Sancto lib. 8. de
matr. d. 1. n. 27.

144
Non censetur.
Ex dispensatione ad ordines minores dispensatio ad beneficia non infertur. Quia non connectuntur necessarium beneficium simplex & ordinum minorum suscepio. Ita Sanchez ubi supra, plures citans Doctores.

145
Auctoritas
resolutio.
Profecto primam sententiam si de dispensatione ad ordines maiores loquamur, certum esse existimo: cum nullum debeat sacris initiari, qui beneficium non habeat ex Triâ sess. 1. c. 2. Nam esto aliquando ex titulo patrimonij, vel pensionis quis sacris initietur, quasi ex dispensatione sit ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiae. At si sermo sit de dispensatione ad minores ordines, etsi prima sententia probabilis sit, longe veritatem existimo esse secundam, cum ordines minores, & beneficium haud necessarium connectantur.

DUBIUM XX.

Episcopus litteras dimissorias ad ordines concedens censetur concedere dispensandi in irregularitate orta ex delicto occulto potestatem?

146
Censetur
concedere dispensandi
facultatem.
Concedens dimissorias litteras ad ordines eo ipso concedit facultatem, ut ab ordinante ille in irregularitate dispensetur, in aliove impedimento, quod susceptionem ordinum impedit. Quia horum dispensatio necessarium praemittenda est ordinum susceptioni: unde concessa facultate ad suscipiendos ordines: censenda sunt concessa ea, sine quibus ordines suscipi nequeunt. c. Praeterea, de offic. delegati. Leg. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. Sic Angel. v. Irregularitas, n. 34. Sylvest. ibid. q. 9. n. 11. Armil. n. 8. Henric. l. 14. c. 17. n. 4.

147
Non censetur
eam facultatem concedere.
Concedens litteras dimissorias ad ordines, non ideo concedit Episcopo ordinaturo ut subditum ad eum missum in irregularitate dispenset. Quia licet dispensatio irregularitatis, alteriusve impedimenti praemittenda ordinum susceptioni sit: non tamen est necessarium praemitti ab eo, qui Ordines ex delegatione est collaturus, cuique sola facultas ordinandi est concessa; sed à legitimo superiore. Ita Sanchez l. 8. de matr. d. 1. n. 25. Palao tr. 3. de legib. d. 5. de privil. & d. 6. de dispensat. & de Cens. d. 6. v. n. 7. n. 21.

148
Auctoritas
resolutio.
Existimo, primam sententiam solum esse admittendam, cum Episcopus concedens dimissorias, conscius esset irregularitatis, & impedimenti, quoad ordines suscipiendos quis tenebatur. Nam eo ipso censendus est, vel ipse dispensare, vel facultatem dispensandi Episcopo ordinaturo concedere. At si ipse ignarus impedimenti dimissorias litteras tradat verius censeo, inde non inferre facultatem concessam esse, ut in irregularitate, aliusve impedimenti dispensetur. Concedo, data facultate ad vnum datum censeri ad ea omnia, quae ex eo vno consequuntur: nego tamen, ex facultate alicui concessa suscipiendi ordines ab alieno Episcopo, inferri potestatem ei concessam esse dispensandi in irregularitate,

aliove impedimento. Quia haec facultates diverxae sunt, neque vna alteri connectitur: & plerumque contingit, ab alieno Episcopo ordines suscipi, quin vlla dispensatio praemittatur.



CAPVT XVII.

Circa Irregularitatem ex bigamia ortam.

DUBIUM XXI.

Contrahitne bigamia interpretativa irregularitatem, qui ignorans conjugis adulterium eam cognovit: vel à principio existimans virginem ducere, duxit corruptam?

149
Nemo
resol.
Recolo, dari bigamiam propriam, & interpretativam. Propria appellatur, quae ex binis nuptiis valide contractis, ac consumatis consurgit, quod fieri non potest, nisi mortua prima uxore Bigamia interpretativa est, quae contrahitur ab eo, de quo praesumitur, duas uxores habuisse, esto in re illas non habuerit. Quod tripliciter contingit. Primum si contrahat matrimonium cum vidua, quae prius matrimonium consummaverat: & idem est, si cum corrupta ab alio contrahas, c. Praecipimus, dist. 34. & c. Si quis viduam 50. & c. Debitum, de bigamis. Secundum contingit per accessum ad propriam uxorem postquam illa adulterium commiserit, tamen si à principio virgo accepta fuerit. c. Si laici, dist. 34. vel si à principio duxeris corruptam. Idem requiro, an hanc bigamiam interpretativam contrahat, qui ignorans conjugis adulterium, eam cognovit, aut putans esse virginem, duxit corruptam?

150
Nemo
resol.
Non contrahit. Quia actus, ob quem irregularitas contrahitur, debet esse actus ab homine, quatenus rationalis est, ac proinde ab illo quatenus ratione utitur. Cognoscens autem uxorem ignorans esse adulteram, aut corruptam putans duxisse virginem, haud libere suam carnem diuisit in plures: ergo fundamentum non praestitit hanc irregularitatem contrahendi. Sic Gloss. ad c. 2. de bigamis. Rebuffus de pacifi. poss. n. 94. Greg. Lopez leg. 3. tit. 1. p. 1. Anton. C. de hus. l. 4. in mai. rat. tit. 12. n. 175. Palao in 4. dist. 27. d. 2. Bernat. Diaz in pract. c. 16. sine adiciens, vitum fore tunc irregularem cognoscendo adulteram, quando potest adulterium probare. Quis in c. Si cuius, dist. 34. expostulatur delictum uxoris euidenter probatum esse.

151
Nemo
resol.
Contrahit profecto. Quia haec irregularitas contrahitur non in pena alicuius delicti, neque ob infamiam quidem. Vlla persona sed ob defectum significationis indicta est: quae significatio esse non potest, si maritus corruptae fuerit: nam sicut mulier ipsa in plures suam carnem diuisit: sic vir illam cognoscens, in plures suam carnem diuisit.